

Lop. ubi proxime, Anton. Gom. n.10. Pichard. n.17. in fine, Pat. Molin. tom. 4. disp. 42. n.11. Paz, n.31. cum seqq.

Ibi: Quinimo plurimum differt aestimatio.

81 Quomodo sit faciendae aestimatio tam injuria ipsius, quam damnorum, & expensarum? docent Ant. Gom. d. c. 6. nu. 7. Paz d. cap. 3. §. 6. ex nu. 2. Farin. sup. nu. 49. Clar. nu. 6. Marant. de ordin. judic. ior. part. 4. in princip. nu. 6. Cardof. in prax. judic. verb. expensa. nu. 18. Tufch. li. E. conc. 624. n. 3. & hujusmodi discrimen inter aestimationem interesse, & affectionis, ex pluribus probat Hermof. in l. 8. glof. 8. nu. 1. 2. tit. 3. part. 5. Sed meminisse hic oportet, d. l. 2. tit. 9. part. 7. qua disponitur, ut, cum agitur civiliter actione injuriarum, prius Judex quantum pro injuria sit praestandum, quam pars juret, aestimet; notat Greg. Lop. glof. 9. & probat Clar. ubi proxime. In praxi tamen injuriatus juramento affirmat, se maluisse quantitatem, quam exprimit de proprio patrimonio deminui, quam illatam injuriam sustinere, quam summam postea Judex, si sibi visum fuerit, moderatur. Idem de juramento in litem, quod est affectionis, statuitur in l. 5. tit. 13. part. 1. 8. ubi Greg. Lop. glof. 4. id notat, & quod de jure communi nihil interest, ut in juramento affectionis praecedat, vel subsequatur juramentum partis Judicis taxationem. Idem tenet Hermof. d. num. 2. Azeved. in l. 5. a. num. 49. tit. 13. lib. 4. Recopil.

Ad Nam. 8.

82 Ad hanc Bartoli distinctionem consulendi sunt Farinac. in prax. quast. 22. per totam. Bonacin. in summ. tom. 2. disp. 2. quast. 4. punct. 2. Caball. latissimè agens, resolut. criminal. cas. 155. 157. 158. Jul. Clar. in prax. §. fin. quast. 84. Plac. in epitom. delictor. lib. 1. cap. 1. Canter. in suis quast. crimin. tit. de quast. rancem. puni. delictor. cap. ultim. Fachin. controvers. lib. 9. capit. 46. Cavalcan. de Brach. Reg. part. 4. Tufch. li. D. conc. 169. Guazzin. de defensor. reor. defens. 33. capit. 21. ex num. 5.

83 Est ad praecipuum hujus capituli tractatum omnino necessarium cognoscere, an unum, vel plura crimina ex eodem, vel diversis actibus resultent? nam si unicum sit delictum, & de eo reus fuerit absolutus judicialiter, aut alias liberatus, iterum molestari prohibetur; quanquam deducatur qualitas aggravans, quae in prima accusatione fuerat praetermissa; sed si diversum crimen per illam conkituatur, ut per Farinac. d. quast. 4. n. 4. Guazzin. defens. 2. c. 7. num. 2. ubi aliis Ant. Gom. lib. 3. c. 1. n. 27. Decian. sup. lib. 3. c. 3. n. 24. 26. At quando multa delicta, etiam ex eodem facto preventientia reperiuntur, quibus diversae poenae jure debentur, nihil impedit, ut pro uno punitus, aut absolutus, pro aliis possit in judicio vexari; cum regula c. de iis 6. de accusat. in diversis criminibus non prodatur.

Ibi: Primum, quoties aliquod.

84 Delictum toties puniri debet, quoties ex intervallo fuerit iteratum, imò gravius propter reincidentiam est in reum animadvertendum, c. cum non ab homine 10. de judic. c. accusatus 8. de heretic. in 6. l. 8. §. 1. tit. 2. l. 5. tit. 4. l. 4. tit. 6. l. 2. tit. 7. l. 4. §. cum aliis, tit. 11. lib. 8. Recopilat. l. 6. 7. tit. 28. p. 2. l. non omnes 5. §. defensor. ff. de re militari. Jul. Clar. sup. num. 2. 4. Baiard. ubi num. 28. 29. Farinac. nu. 2. Guttier. de delict. 9. 127. n. 1. Aug. Barbof. in collect. ad cap. 1. de poen. Simon de Præcis conf. 104. num. 25. Boer. decis. 82. Caball. d. cas. 157. num. 9. in fine. Quod tamen limita ut infra, num. 99. & an propter consuetudinem delinquendi poena augenda sit? late per Farinac. quast. 23.

Ibi: His quidem verbis apparet.

85 Qui eodem impetu quem percutit, & occidit, unius delicti, homicidii scilicet reus fit, Fachin. nu. 19. Clar. nu. 4. 5. Guazzin. num. 5. Bald. in l. illud, §. Si idem, in lectur. ad leg. Aquil. Carrer. in prax. §. Circa secundum, n. 66. Plac. num. 18. vers. Tertio, in hoc tractatu. Caball. cas. 158. n. 2. 5. Sed si unus sit vulneratus, & alter occisus in eadem rixa, & ad eundem

effectum, veluti si volens perimere Caium; Titium, qui hunc tuebatur, percutiat; ac continuo illum interficiat; duo admittit delicta duplici poena coercenda, Guazzin. num. 6. Salycet. in l. qui de crimine, num. 15. cum seqq. C. de accusat. Caball. n. 7. nam ex multiplicitate objectorum, peccata, seu delicta multiplicantur, quamvis actus, si circa idem objectum versarentur, propter continuationem moralem ad unicum crimen reducerentur; Bonac. sup. num. 3. Caranuel. in Theolog. fundament. n. 740. vers. Sit tertia, & n. 1706. vers. Ad secundum.

Cum verò quis ex intervallo occidit, quem vulneraverat, 86 tam de homicidio, quam de vulnere tenetur, Farinac. num. 5. Canter. sup. num. 5. Bald. ubi proxime, num. 2. Carrer. sup. Caball. num. 9. Quoniam interruptio actuum, etiam ad eundem finem tendentium distincta delicta efficit. Bonacin. num. 4.

Hinc quaeritur, si quis animo vulnerandi duntaxat agrediatur, & vulnere inflicto, commotus ira consilium mutet, adversariumque in continente enecet, an de vulnere, ac de homicidio teneatur? Et Bart. in l. nunquam plura, num. 5. vers. Venio ad aliquas quæstiones, ff. de privat. delict. affirmativè resolvit; quam opinionem probant Caball. num. 17. 18. Clar. num. 5. Bolognin. conf. ult. num. 2. & alii, sed eam de consuetudine non servari, ultra Caball. & Clarum, asserunt Angel. in d. l. nunquam plura, n. 7. Anan. in cap. fin. post n. 5. de collusion. detegend. Farin. n. 31.

Ibi: Tertium, quoties vel simul.

88 Crimina diversa simul, aut ex intervallo patrata, ut plura plectuntur, nec unum alterum confundit, Farinac. num. 3. Caball. num. 16. Plac. d. c. num. 18. Guazzin. num. 6. Clar. nu. 4. Quæ conclusio absque controversia admittitur, cum delicta, aut ex intervallo sunt, aut non diriguntur ad eundem finem. At quando delicta simul, & ad unum effectum committuntur, diffusio est, num majoris delicti poena cæterorum supplicium absorbeat, ut si quis percutiat, ut furetur; vel muros civitatis transcendat, ut stuprum perpetret; aut arma prohibita deferat, ut occidat; de quo Farinac. num. 5. 19. cum seqq. Clar. ubi proxime, Caball. num. 7. 16. Alex. de Nævo conf. 94. Magon. Lucens. decis. 84. in fine.

89 Sed ad varietatem opinionum conciliandam sic distinguì potest cum Bonacina numer. 8. vers. Hac tamen limita. Aut delictum, quod ordinatur ad aliud, habet propriam, & peculiarem malitiam distinctam ab ea, quae in scelere principaliter intento reperitur, ut cum quis vulnerat ad furandum; & fur tam de vulnere, quam de furto plectetur, non enim prohibetur percussio, ne furetur: Aut talem malitiam non habet distinctam, sed eadem est in delicto principali, ac in preparatorio, solumque per magis, aut minus distinguuntur, ut si aliquis arma prohibita portet, ut adversarium insultet; hæc enim prohibetur, ne ad percussiones, & homicidia perveniat, atque ira pro delatione alium armorum, aut insultatione non coercetur, qui absque intervallo alium percussit, vel occiderit; sed tantum pro vulnere, vel homicidio. Sed ubi est intervallum, delatio armorum, etiam ad actum licitum, ut ad occisionem banniti, puniri debet; secundum Menoch. de arbitrar. cas. 574. nu. 4. de quo potest merito dubitari; nam cum finis sit licitus, media punitione digna non sunt. Et eam distinctionem etsi aliis terminis utantur, probant juris Interpretes asserentes, quod si ex delictis diversis distincti resultent effectus, ut plura sunt puniendae; sed si effectus non distinguantur, ita variis exemplis adductis differunt Cabal. cas. 100. ex num. 12. Bolognin. dict. conf. ult. Guazzin. num. 6. Joseph. Ludovic. Lucens. decis. 61. a num. 5. Baiard. dict. quast. 48. num. 15. & 16.

Ibi: Quartum, si ejusdem actus.

90 Repetitio criminis ejusdem, si in continente fiat pro uno admisso punitur; unde pluries uno impetu percutiens Titium, etsi mors non sequatur unica poena afficitur, graviori tamen pro numero vulnerum, Farinac. numer. 7. cum seqq. & numer. 16. in fine, de praxi testatur Guazzin. numer. 5. Bonacin.

Bonacin. num. 4. Baiard. num. 24. Canter. sup. vers. Aut non sunt crimina. Quamquam contrariam, nempe poenam in solidum pro singulis vulneribus irrogandam, sustinuerint Clar. num. 2. Caball. cas. 155. Alberic. in l. Prator edixit, §. Simili, num. 2. ff. de injur. & alij apud Farinac. num. 6. Quorum sententia est omnino tenenda, cum quis duos homines, aut plures uno impetu vulnerat; nam quot fuerint percussi, tot poenae sunt inferendae, cum, ut alibi diximus, ex diversitate objectorum, aut personarum, delictorum numerus augetur, Guazzin. ubi proxime, Caball. cas. 158. num. 7. Bonacin. num. 3. Imo Caball. ex num. 7. & Clar. n. 3. sentiunt, ac probant, percipientem bidente, aut instrumento bifurcato eundem hominem, uno ictu, teneri ad poenam pro quolibet vulnere. Quod limitat idem Caball. num. 18. in levissimis vulneribus. Nihilominus ubi eadem persona quomodolibet in eadem rixa multis vulneribus afficitur, tenenda est D. Covar. communis opinio, quæ benignior est argument. l. penult. ff. de poenis, & quoad forum animæ ita docet Caram. cum aliis, sup. num. 732. vers. Si quis uno ira.

Ibi: Nam primò hinc constat.

90 Percutiens pluries Clericum eodem impetu, unicum duntaxat excommunicationem incurrit; Clar. n. 2. Pat. Suar. de censur. disput. 5. §. Et. 3. Mar. Alter. eod. tract. lib. 3. disput. 10. cap. 8. Bonacin. in sum. tem. 3. tract. de censur. disp. 1. quast. 1. punct. 5. num. 3. 5. Ugolin. in simil. tract. tab. 1. cap. 16. §. 3. num. 5. Caram. ubi proxime, Tufch. li. V. conc. 1382. num. 1. ubi loquitur de eo, qui bidente, Clerico uno ictu plura vulnera infligit, Baiard. 977. n. 19.

Sed percutiens successivè plures Clericos, tot excommunicationibus ligabitur, quot fuerint percussi; Bonacin. n. 6. Alter. sup. Pat. Suar. n. 6. Quid si uno ictu, quis multos Clericos interficiat? & probabile est unicum excommunicationem contrahi, quamvis communis sit pro numero occisorum excommunicationes incurri, Bonacin. ubi proxime, n. 7. De quo consultas Caram. ex n. 730.

Ibi: Secundo, si quis in alterum.

91 Eadem vasa injuriosa in aliquem pluries in continente repetita, pro una injuria habentur, ac puniuntur, est omnium communis resolutio; videatur Guttier. de delict. 9. 127. num. 5. Farinac. de quast. 22. nu. 28. & quast. 105. nu. 174. apud quos multi. Dubium verò est, quando diversae speciei sunt, quæ alicui exprobrantur, ut cum injuriandi animo quis alterum hereticum, furem, proditorem appellat, an iste fit puniendus quasi tot injurias irrogaverit, quot verba hæc contumeliosa protulerit? Et quamquam Bartolus, & alij asseruerint, pro unoquoque verbo poenam diversam esse imponendam, quam opinionem communem dicit Bonacof. commun. verb. injuria plures. Nihilominus ex omnibus contumeliis simul dictis unicum delictum effici, una itidem poena plectendum, cum Domino Covarruv. docent Farinac. ubi proxime, Azeved. in l. 2. numer. 51. tit. 10. lib. 8. Recopilat. Guttier. num. 6. Plac. dict. cap. 1. num. vers. Cujus quidem, Bonacin. sup. dict. disput. 2. quast. 4. punct. 2. n. 12. vers. Ex quo patet, Baiard. ad Clar. §. Injuria, ex n. 8. Tufch. li. A. conc. 131. num. 13. Sed acrius ob repetitionem injurias coercerent, Azeved. num. 53.

92 Sed si Statuto certa pro qualibet injuria verbali poena irrogetur, si plures diversae etiam eodem impetu proferantur, poena pro numero contumeliarum multiplicabitur, Azeved. num. 52. Lazar. Fœnut. in tract. de momentan. c. 20. n. 12. Baiard. n. 10. Vide infra num. 94.

Ibi: Tertio eodem pacto.

93 Qui multas successivè blasphemias profert, unum crimen perpetrat, pro quo poenam statutam, seu verius graviorem, non tamen multiplicatam subibit, Plac. sup. vers. 4. eod. pact. Prop. Farinac. in praxi criminali, tom. 1. quast. 22. n. 29. Joan. Guttier. in tractatu de delictis, 9. 127. n. 5. Didac. Simanc. de Catholicis institutionib. tit. 8. n. 14. Martin. Bonacin. in summ. ubi sup. dict. disput. 2. quast. 4. punct. 2. num. 11.

Baiard. in addit. ad Jul. Clar. in prax. §. Blasphemia, num. 12. Aviles in cap. 25. Prator. glof. 1. num. 23. And. Alciar. in cap. cum non ab homine, numer. 33. de judiciis; Azeved. in lib. 1. num. 44. tit. 4. lib. 8. Recopilat. Boer. decis. 381. Decian. tract. crimin. lib. 6. c. 1. num. 14. qui contra sentientes refert. Quod ampliat Baiard. ex Baldo in l. si duo, §. Semel, num. 2. ff. de arbit. & aliis, quamvis in Deum, & Sanctos blasphemias jactet. Sed Bonacin. n. 3. quoad forum animæ, oppositum tenet sentiens, duo peccata committete, qui simul in diversos Sanctos blasphemias profert: quod consequenter ad tradita supra, n. 89. verius dicendum est. Imo si diversæ sint blasphemiae in Deum, vel Sanctum, plura peccata committi sentit Caram. num. 742. ubi addit, ob scandalum in diversarum personarum multiplicari peccatum blasphemiae, licet eadem sæpe enunciatur.

Ibi: Quarto, præmissis statuto.

94 Extante Statuto, quo caveatur, ut qui alapam dederit, percussit, aut injuriam verbalem intulerit, certa poena coercatur, etsi actus vetitus uno impetu sæpe repetatur, quasi semel delinquens tenebitur; sed propter reiterationem poena aggravabitur, ut statim probabitur. Sed si constitutum fuerit, ut pro qualibet alapa, vel alia injuria delinquens cuidam poenæ subiciatur, toties erit inferenda, quoties qui adversum constitutionem venerit, etiam sub uno actu moraliter continuato; & ita communiter receptum est, de quo per Farinac. d. quast. 22. ex num. 8. Baiard. ubi proxime, a num. 9. Hieronym. Ceval. commun. tom. 1. quast. 417. Alberic. de Rosar. & alij apud eundem Plac. in epitom. delictorum, dict. cap. 1. num. 18. vers. Ex quo secundo deducitur, Canter. sup. d. ultim. num. 12. Caball. cas. 155. num. 7. Clar. d. quast. 84. num. 3. Fachin. dict. lib. 9. cap. 46. Guazzin. & alij apud Farinac. num. 8.

95 Quæ distinctio æquè procedit in illo, qui uno eodemque impetu, & ictu, plura vulnera intulit, ut cum bidente; Canter. ubi proxime, & alij, quos refert Caball. ubi nuper, qui de hoc latissimè agit, & distinctioni huic non adheret, sed indistinctè tenet, ut quomodocunque statutum loquatur, poena sit multiplicanda, nisi levissima fuerint vulnera, num. 18.

Ibi: Quintò, ab eadem radice.

96 Qui simul, aut morali quadam continuatione res diversas surripit, etiam ad distinctos dominos pertinentes, non censetur plura furta committere ut statutum poenam mortis imponens pro tertio furto locum habeat; qui furandi consuetudo desideratur, quæ non inducitur per actus, qui una eademque animi deliberatione exercentur, Boer. decis. 219. num. 2. Menoch. de arbitrar. cas. 295. n. 20. Tufch. li. D. conc. 169. num. 12. & alij per nos laudati, supra, cap. proxim. num. 84. qui asserunt, furta eodem die patrata non censeri diversa, ut pro illis, si tria fuerint, reus suspendatur: quibus adjunges Caball. cas. 99. num. 49. etsi quoad forum internum plura peccata committi, docuerint Fagund. in Decalog. lib. 2. cap. 3. num. 24. Caram. num. 1706. ubi alij.

Ibi: Sextò, his præmissis.

97 Quoties poena propter repetitionem criminis iteranda non est, angere debet, Farinac. cum multis, n. 7. Guttier. sup. n. 6. Plac. d. c. 1. n. 17. vers. Cujus quidem sententia, Caball. n. 50. Canter. d. c. ult. num. 12. vers. Sed quicquid Bartolus, Guazzin. n. 5. ad fin. Azeved. in d. l. 2. num. 53. Quia reiteratum crimen gravius dicitur, ac delinquentem aggravat. Glof. in l. si diutino, ff. de poen. quod pluribus comprobatur Caball. nu. 5. ex quo cum poena legis sit extendenda, & exacerbanda, reus arbitrio Judicis est puniendus, Menoch. sup. cas. 591. n. 2. Est hæc notandum, quod singulariter docet D. Covar. 98 & apertius infra, vers. Utrum si idem, & refert Farinac. d. quast. 22. num. 27. scilicet, quod etsi repetitio ejusdem delicti; quoad vindictam publicam unica poena plectatur, & quoad privatam unumquodque factum quasi seorsum commissum, sit coercendum, ut advertant Farinac. cum aliis,

num. 7. Cancer. num. 6. Caball. cas. 155. in fine, & omnes communiter; tamen poena, quae venit patri, applicanda, non multiplicabitur, sed augmentum duntaxat recipiet pro modo injuriarum.

Ibi: Quintum, est hoc in tractatu.

99 Cum idem crimen ad unum finem, ac circa eandem personam repetitur; antequam de eo reus fuerit delatus, aut punitus, unica poena, quamquam acerbiori ad publicam vindictam est coercendum; Farinac. n. 17. Caball. d. cas. 99. n. 50. Roch. de Curt. in c. fin. in 1. n. tab. de consuetud. Grammat. vol. 17. n. 4. Tusch. lit. D. conc. 169. num. 3. Bertaz. conf. 24. 25. lib. 2. Quod procedit, etsi ex intervallo idem delictum committatur, sed non obtinet in criminibus momentaneis, ut in vulnere, sic in eis, quae tractum habent successivum; ut quando administrator publicae pecuniae paulatim furatur, quod exemplum est apud Caball. sup. & hoc notant Farinac. Tusch. & alii. De quo latius D. Covarr. infra, vers. Quod vero diximus.

Ibi: Ubi quis ad obtinendam in eadem lite.

100 Qui in eadem lite plures testes falsos, aut instrumenta, etiam ex intervallo producit, unicam poenam sustinet; quae tamen ob repetitionem sceleris aggravatur, Farinac. n. 26. Caball. cas. 145. num. 2. Baiard. ad Clar. in §. Falsum, n. 26. 27. Bertaz. conf. 520. lib. 2. Cavalc. sub. d. tract. d. Brach. Reg. fragment. 76. Monticell. in prax. reg. 15. num. 160. Guazzin. num. 2. vers. Ac etiam sciat. Flor. in l. si quando, n. 715. C. unde vi. Afflic. ad constitut. Regn. lib. 3. rubric. 40. in const. qui falsitatem, num. 2. Quod ampliatur, quamvis Statutum dicat, in numero singulari: Qui teste, aut instrumento falso usus fuerit, tali poena teneatur, Guazzin. Afflic. ubi proxime, Caball. num. 3.

Ibi: Hinc ego infero.

101 Limitatur communiter praemissa conclusio, quando semel punitus, quia falsis testibus, aut instrumentis usus est, iterum in eadem causa falsitatem hujusmodi repetit; nam denuo falsi poena plectendus erit, Guazzin. Cavalcan. ubi proxime.

Ibi: Sic sane si quis semel percussit Titium.

102 Clericum eundem ex intervallo pluries percussens, tot excommunicationibus ligatur, quot fuerint percussiones, Pat. Suar. sup. disp. 5. sect. 3. Ugolin. de censur. tab. 1. c. 16. §. 3. num. 5. Baiard. quest. 77. num. 19. Bonacin. sup. d. tract. de censur. disp. 1. quest. 1. punct. 5. num. 3. 5. Mar. Alter. eod. tract. lib. 3. disp. 610. c. 8.

Ibi: Nam sed excommunicatus.

103 Excommunicationis nexu astrictus potest iterum a jure, vel ab homine excommunicari; quod omnibus censuris Ecclesiasticis commune est, ut ex Theologis mox citandis apparet. Ita probant cap. Engeltrudam, ult. §. 9. 4. lib. 29. tit. 9. part. 1. Pat. Suar. sup. sect. 2. Avila de censur. 2. cap. 4. disp. 5. dub. 7. Caball. cas. 157. in fine. Baiard. ubi proxime, Sylvest. in summ. verb. Excommunicatio 1. n. 10. Didac. Per. in l. 1. tit. 5. lib. 8. Ordinam. Menoch. conf. 24. num. 16. Henric. in summ. lib. 13. cap. 25. §. 4. Filiuc. tract. 1. 1. cap. 5. quest. 7. Mar. Alter. sup. cap. 7. Bonacin. ubi proxime, num. 1. ubi rationem reddit, quoniam excommunicatus manet capax transgrediendi legem, quae excommunicationem transgressibus irrogat; & quamquam secunda excommunicatio non habeat effectum ejiciendi ab Ecclesia jam excommunicatum, illum tamen detinendi extra ipsam effectum operatur; nam plures absolutiones desiderantur, ut ait Glof. d. cap. Engeltrudam.

Ibi: Quod multum refert quantum ad absolutionem.

Qui pluribus excommunicationibus ligatur, etsi ab una absolvatur, caeteris manet irretitus, Pat. Suar. disp. 7.

sect. 9. n. 4. 6. Greg. Lop. in d. l. 9. Partita, ubi bonus textus, Bonacin. ubi proxime, §. 3. punct. 6. n. 1. Tiraquel. de retract. tit. 2. §. 2. glof. 1. num. 21. Pat. Vazq. in opuscul. tract. de excommunicat. dub. 18. num. 14. Alter. lib. 4. disp. 5. cap. 4. Pat. Valent. tom. 4. disp. 8. quest. 17. punct. 8. Goncal. ad reg. 8. Cancellaria, glof. 13. nu. 82. 83. Sayr. de censur. lib. 2. cap. 21. n. 13. Quando autem censetur quis una absolutione a diversis excommunicationibus liberatus, late tradit D. Covarr. in cap. Alma Mater. part. 2. §. 11. ex num. 13.

Vers. Verum si idem crimen.

Adde Farinac. num. 27. ubi alios refert, & ita sentiunt omnes, qui requirunt, ut reiteratio fiat ad eundem finem, sic poena multiplicetur, nec identitas personae damnificatae sufficit.

Vers. Quod vero dixi ejusdem criminis.

Reiterationem ejusdem sceleris ex intervallo, quamvis ad unicum finem tendatur, novum delictum inducere, dubium non est; non obstante, quod unica poena pro illis actibus imponatur; Farinac. num. 17. qui cum aliis D. Covarr. in omnibus sub hoc versiculo contentis sequitur, Caball. cas. 99. num. 50. & cas. 145. num. 1. 2. Barbof. in collectan. ad c. 1. n. 2. de poen. Tusch. d. conc. 169. num. 10. Quod utique verum est in diversis actibus unum finem respicientibus, qui facti ex intervallo plura sunt crimina, pro quibus una poena infligitur, Caball. d. et. numero 1. Vide sup. numero 99. 101.

Ibi: Ubi ex iterata rei furtiva contractione.

107 Qui rem furto a se occupatam saepe contrectat, nullo modo plura furta committit, quia primam contrectationem per possessionem continuat, lei, qui 9. ibi: Assidua contrectatione, ff. de furt. l. inficiando 69. §. Infans, eod. tit. Caball. cas. 7. Salycet. in l. adulter. num. 5. vers. Quod si mulier. Quicquod docuerit Barr. in Authem. Sed novo jure, vers. Diversus quero nunquid plura, C. de de sero fugitiv. & in d. l. ei. qui, ubi ait, contrectantem rem furtivam per diversa territoria, plura furta committere. At si fur a possessione ceciderit, eandemque iterum recuperet, novum delictum parat, non tamen ideo poena multiplicabitur, ut aperte Consultus tradit in d. §. Infans. Quo calu locus erit praesenti D. Covarr. doctrinae, quod scilicet plura delicta repetita ad eundem finem spectantia pro uno ad supplicium publicum habeantur.

Ibi: Ad idem, limarius.

108 Quamvis adulterium committens cum una foemina per multum temporis, toties delinquat, quoties fuerit cum ipsa luxuriatus; tamen unicam criminis poenam, non multiplicem sustinebit; Farin. ubi proxime, Clar. in §. Adulterium, n. 10. Salycet. sup. Barbof. in collectan. ad c. imitare, in fin. 6. §. 1. Ex quibus constat maximum esse discrimen, quod Salycet. notat sup. inter furem, & adulterum; nam ille per contrectationem plura furta non admittit, hic vero tot adulteria perpetrat, quot accessus ad foeminam conjugatam habuerit, licet quoad poenam pro uno dicto habeantur. Hujus differentiae rationem esse purat Salycetus, quia contrectatio fit in re inanimata, quae actui consensum praestare non potest; adulterium autem consentiente muliere, committitur. Quae ratio au congrua sit, aliis cogitandum relinquitur.

109 Sed nobis videtur dicendum, quod in contrectatione rei furtivae non reperitur aliqua reiteratio delicti, sed continuo quaedam, atque ita actus non distinguuntur, quod manifeste probat Consultus in d. lei, qui, & in d. §. Infans, nam etsi fur non semper rei furtivae corporaliter insitat, eam tamen animo possidet, ac retinet, per quod prima contrectatio continuatur, ac caeteris, quae postea subsequuntur, adjungitur; atque ita omnes unum furtum efficiunt, nisi ea possessio interrumpatur, quoniam tunc

si denuo fur rem furtivam apprehendat, novum furtum admittit; ut docuit Consultus in d. §. Infans, a quo praefata deducitur ratio.

109 In adulterio haec aliter se habent; quoniam primus turpitudinis actus, si ex intervallo fiat, aliis deinceps sequentis non conjungitur, nec cum eisdem continuatur, cum nulla possessio in aliena uxore adultero, sicut furi in re furtiva quaratur; unde est, ut quoties alienum torum quis ex intervallo violat, toties diversum crimen perpetrare dicatur; nec solus animus perseverandi in adulterio prodest, ut actus continui censentur, qui re & tempore distinguuntur, ut notum est; nam quod de fure diximus, provenit a possessione, quae etiam furibus, aliisque vitiose rem occupantibus jure competit, suoque effectus operatur, l. 3. §. Ex contrario, ff. de acquir. possess. l. 1. §. Qui a me vi, ff. De vi, & vi armat.

Ad Num. 9.

110 Reus ad diversas poenas damnatus, omnes subire debet, si inter se compatibles fuerint, Caball. cas. 158. num. 22. Clar. d. §. fin. quest. 99. num. 9. quod si incompatibiles sint, ut quando variis legibus mortis poena infligitur, diverso supplicii genere, veluti si una sit comborendus, & altera decapitandus, tunc Judicis est electio, qua morte ille sit periturus, nec fas est ipsi damnato optionem dare, l. aut damnatum, §. Proinde, ubi notatur, ff. de poen. Clar. sup. Guaz. defens. 33. c. 4. n. 16. Luc de Penna in l. 1. n. 34. C. de desertorib. lib. 12. Baiard. ad Clar. d. §. fin. q. 67. n. 12. Si vero poena incompatibiles praeter mortem sint, aliam Judex pro suo arbitrio subrogat pro illa quae infligi nequit; Menoch. cas. 591.

111 Quod si morituro membram aliquod, etiam sit abscindendum, communiter docent DD. incipiendum esse a poena minori, & sic quod membro prius amputato, deinceps ad ultimum supplicium perveniat, & sic de consuetudine observatur, Clar. ubi proxime, & ibi Baiard. n. 13. Peguer. decis. 28. in fine, Guazzin. d. defens. 33. cap. 2. in fine, Farin. sup. q. 22. n. 31. Caball. d. q. 158. n. 24. Franc. Marc. de cis. 738. Sed tamen hoc non servari, nisi in delictis atrocissimis, testantur Caballus, & Farinac. in quo D. Covarr. consentiunt.

Ibi: Cum & post mortem in criminis poenam.

112 Quamquam regulariter in reorum cadavera saevire non liceat; solent tamen ob immanitatem facinorum in aliorum terrorem suspendi, comburi, ac dilacerari: ut notat Caball. cas. 294. n. 45. o. 4. 1. Clar. q. 5. l. n. 15. Ant. Gom. variat. lib. 3. c. 3. n. 79. Menoch. de arbitrar. cas. 285. n. 7. Guazzin. defens. 38. c. 6. n. 1. Medic. in tract. mors omni. solvit. part. 2. conc. 32. n. 86. Farinac. q. 10. n. 78. Sed hoc in arbitrio judicis est, Menoch. ubi proxime, Guazzin. vers. Et erit etiam arbitrarium, Farinac. d. n. 78. & q. 128. n. 10. & ut haec in cadavera fieri possint, necessario requiritur, quod tempore mortis defunctus fuisset damnatus, aut ita convictus, vel confessus, ut nulla illi defensio superesset; Guazzin. n. 2. Farin. d. q. 10. n. 79. Boff. in prax. crimin. tit. de accusation. n. 33.

Ibi: Atque ita ob effugiendam impietatem.

113 Quoniam poena legis Pompeiae de patriciis Christianae pietati, ac humanitati contraria omnibus visa est, in delictum abiit, sed aliis poenis pro locorum statutis, aut consuetudinibus patriciae plectuntur; ut testantur Caball. cas. 155. n. 11. Clar. §. Parricidium, num. 5. Decian. tom. 2. lib. 9. cap. 16. in Hispania observatur, ut patriciae strangulatio dolio includatur, atque ita in mare, vel flumen projiciatur, ut docet D. Covarr. cui suffragatur, Clar. ubi proxime, Ant. Gom. sup. cap. 3. num. 3. vers. Item etiam illud. Gregor. Lop. in l. 1. 2. glof. 7. in fin. tit. 8. part. 7. Menoch. cas. 356. num. 7. 8.

Ibi: Eodem pacto apud Christianos.

114 Etsi de jure, qui ad novum ignis damnatur, vivus sit flammis tradendus, l. universi 9. C. ubi caus. Fisco. Corlet.

115 sing. 5. verb. poena, Baiard. ad Clar. in §. Haeresis, num. 15. apud Christianae fidei professores pia viget consuetudo, ut rei Catholici prius alio genere supplicii occidantur, ac postea cadavera eorum ignis absumat, Clar. d. §. fin. q. 99. n. 7.

Ad Num. 10.

Haeretici, qui Brachio seculari traduntur, sunt omnino mortis poena affiendi, l. 2. tit. 26. part. 7. Simanc. de Catholic. instit. tit. 46. num. 42. Pat. Suar. de fid. disp. 23. sect. 1. Guttier. de delict. quest. 33. num. 34. Pet. Gregor. synagmat. lib. 3. cap. 8. num. 20. Clar. in §. Haeresis, num. 7. & in §. fin. quest. 96. num. 7. Azor. institut. moral. part. 1. lib. 8. cap. 13. q. ult. vers. Ultima Poena, Pat. Hurtad. de fid. disp. 86. sect. 2. n. 33. igneque extingui debent; quam poenam Judex laicus commutare minime permittitur, Guttier. & Clar. ubi proxime, Boff. tit. de haeretic. n. 37.

Ibi: Libri item haeticorum.

116 Est poena excommunicationis statuta in Bulla in Cena Domini, adversus legentes, aut retinentes libros haereticorum, quam latissime explicat Sanchez in Decalog. lib. 2. c. 10. ex n. 20. qui n. 56. alterit cum Azor. sup. d. lib. 8. c. 16. q. 11. non licet haereticorum libros propria autoritate cujusque comburere; sed Inquisitoribus necessario fore tradendos, etsi aliquibus contrarium placuerit, Non tamen qui comburit praefata censura ligabitur, ut idem Sanch. advertit, quia non retinetur, quod igne consumitur.

Ibi: Quamobrem in primis observandum est.

117 Haereticos justè ultimo supplicio damnari, ac flammis tradi, probant Hurtad. sup. §. tit. 1. & 2. Guttier. d. quest. 33. num. 38. cum seqq. Simanc. tit. 46. num. 45. cum aliis, Menel. in l. transigere, n. 98. C. de transact. Decian. lib. 5. cap. 42. num. 4. Jodoc. in prax. cap. 61. n. 19.

Ibi: Hac vero ignis poena.

118 Quod haeretici flammis extinguantur generalis observatio contuetudo, Clar. §. Haeresis, num. 7. Anton. Gom. lib. 3. c. 2. num. 1. vers. Item pro qualitate, Villadieg. de haeretic. quest. 15. num. 3. Guttier. n. 41. Bertrand. conf. 212. num. 3. lib. 2. Decian. sup. vers. Hoc autem, Menoch. de arbitrar. cas. 374. n. 2. Greg. Lop. in l. 2. glof. 9. tit. 29. part. 7. Roxas sing. 91. Sebast. Medic. in summ. omni. haeres. part. 1. quest. 13. Ant. Secap. de jur. non scripti. lib. 5. cap. 32. num. 8. Sanctael. de haeres. cap. 27. n. 4. Azcu. in l. 1. n. 176. tit. 3. lib. 8. Recopilat.

Vers. Tandem in Hispania.

119 Haeretici qui Judici seculari traduntur in Hispania, si respiciant, etiam in eodem patibulo prius strangulantur, quam flammis dentur, quod si pertinaciter in suis erroribus persistant, vivi exarunt; Hurtad. §. tit. 2. §. 19. Guttier. n. 40. Cened. ad Decretal. collectan. 55. n. 3. Mart. Delrio disquisit. magic. lib. 5. §. tit. 16. Didac. Per. in l. 3. vers. Est alia poena in l. 4. lib. 8. Ordin. Simanc. in enbirid. tit. 67. ex num. 1. Farin. de haeres. quest. 189. §. 1. num. 4. & quest. 193. num. 35. Sed si haereticus fuerit negativus; qui scilicet convictus haeresis crimen negat, & sic Judici seculari tradatur; mortuus comburitur, Hurtad. §. 28. qui §. 29. 30. agit, an sint negativis praestanda Sacramenta poenitentiae, ac Eucharistiae; & contra Pat. Suar. de fid. disp. 21. sect. 2. num. 5. docet posse negativum Sacramentaliter absolvi, & Sacerdotem ad hoc teneri, quando prudenter credit, illum vere esse poenitentem, quod privatim faciendum est; nam Judices tenentur prohibere, ne Sacramentum aliquod illis ministretur; caeteris vero haereticis, qui vel propter reincidentiam, vel quia serò, scilicet post sententiam convicti sunt, Sacramenta praedicta non denegantur, quamquam sint comburendi; Simanc. de Catholic. instit. tit. 37. n. 16. 17. Sylvest. in summ. verb. haereticus 1. n. 14. 17. Guttier. num. 50. Schilac. in tract. de Fide Catholic. cap. 27. num. 4. Sanctael. sup. c. 42. dub. unic. n. 17. in fine, Farinac. d. n. 35. Decian. sup. c. 56. n. 7.